

Aquarius, duo item ipsum Pisces constellation:  
 Hæc autem post Aries, Taurusq; iuxta hunc, Didymiq;  
 In quibus sol fertur duodecim omnibus,  
 Totum annum deducens: etiam ei circa hunc eunti  
 Circulum augetur omnes frugiferæ tempestates.  
 Huius item quantum concuum sub Oceanum occidat,  
 Tantum supra terram fertur, omni autem in nocte  
 Sex semper occidunt duodenarii circuli,  
 Tot item oriuntur. Tantam autem ad longitudinem quælibet  
 Nox semper protensa est, quam longe dimidium circuli  
 Incipiente à nocte eleuatur supra terram.  
 Nec sanè contemnendum obseruanti diem fuerit  
 Partium considerare, quando oriatur quælibet:  
 Semper enim harum uni coortitur ipse  
 Sol. Has uero deprehenderis maxime  
 Eas intuens, uerum si nubibus obscuræ  
 Fiant, uel monte occultatæ orientur,  
 Indicia coorientibus idonea facito:  
 Ipse autem assiduo tibi à cornibus utrinq; dare poterit  
 Oceanus, quæ multa circumuoluuntur sibi ipsi,  
 Ab infero quum illarum uoluat unamquamq;  
 Haud ei omnino ignota, cum Cancer oriatur,  
 Astra utrinq; agitata circumiacent:  
 Hæc quidem occidentia, illa uero de oriente ascenduntia:  
 Occidit certe corona, occidit item secundum scapulam Piscis:  
 Dimidium quidem uideris sublime, dimidium uero iam  
 Extremitates submittunt descendens Coronæ:  
 Sed hic retro uersus, secundum alias quidem partes nondum  
 Ventre extremo, secundum superiores uero nocte fertur.  
 Quinetiam usq; in humeros deducit laboriosum Serpētarium  
 Cancer à genibus: deducit autem serpentem ad collum usq;  
 Nec uero amplius Arctophylax fuerit multus utrinq;  
 † Minor diurnus, ad maius uero nocturnus iam:  
 Quatuor enim partibus iam descendentem Bootem  
 Oceanus excipit. At hic cum luce satiatus sit  
 Vespere item continet plus dimidio noctis labentis,  
 Tum quando sole descendente occidat.  
 Illæ etiam noctes sero occidenti dicuntur.  
 Sic hæc quidem occidunt. At oppositus, haud illucidus,  
 Sed pulchre quidē cingulo, pulchre uero ambobus splendidus  
 Humeris Orion, ense quidem fortiter fissus,  
 Totum ferens fluuium, à cornu protenditur altero.  
 Orienti uero Leoni omnia quidem subterferuntur  
 Cancro quæ occidebant: etiam Aquila. Verum geniculatim  
 Sedens, alias quidem partes iam, sed genu & pedem dextrum  
 Nondum procelloso subteruoluit Oceano.  
 Oritur autem Hydræ caput, glaucusq; Lepus:  
 Et Procyon, prioresq; pedes Canis ardentis.  
 Nec certe pauca sydera terræ sub infima mittit  
 Virgo exoriens. Lyra tunc cyllenæa,

† Minor diurnus) Minor  
 supra, maior uero sub  
 horizonte. Bootes in-  
 gens signum in septen-  
 trione, lentius ad occa-  
 sum tendens, quatuor  
 signis Zodiaci, Chelis,  
 Scorpio, Sagittario et  
 Capricorno cooccidit.  
 Is quoq; soli occumbē-  
 ti condescendens, ultra  
 mediam noctem in occi-  
 casu moratur: nam  
 quodlibet signum zodi-  
 aci duas horas occa-  
 su suo absoluit, tria uer-  
 o sex: Hic autem cum Ca-  
 pricorno quarto signo  
 totus demum occum-  
 bit. Vnde noctes, in qui-  
 bus uespere occidere  
 incipit, sero occidenti  
 dicuntur. Quin Home-  
 rus ἐπὶ Νεοῦτῆ ἐὺδεν  
 appellat.

Et